









LIII.



V O T A

NVPTIIS SOLENNIBVS,  
QVAS

Generis splendore, pietate,  
doctrinâ & vitæ integritate  
ornatissimus Iuuenis

Dn. AVGVSTINVS CRYSIVS  
patritius Halensis,  
CVM

*Pudicissima venustaq; Virgine*

M A R G A R I T A,


CLAR. VIRI Dn. M. CHRISTOPHORI  
CAESARIS, schol. Hal. Rectoris filia vnica, & vnice  
charissima in Nonas Feb. constitutas, pio  
& Christiano more celebrabit,

*Data ab Amicis.*

L I P S I Æ,

*Ex Typographéo Abrahami Lambergi.*

ANNO M. DC.











Væ montis colitis Parnassi culmina Musæ,  
Ad noua festinos gaudia ferte pedes:  
Non desint citharæ, cantusq; lyræq; sonantes,  
Sit CHARITUM vobis iunctus et ipse chorus.  
CAESARE nata etenim Musarum Antistite Virgo  
MARGARIS, egregio nupta datur iuueni.  
Sed quid ego inuito? Venere en ordine longo  
Cum Musis nitidis pulcher Apollo comis.  
Letitiâ et vario applausu loca cuncta replentur,  
Musarum resonat nobilis HALLA sonis.  
Quorsum opus est igitur me carmina pangere? ineptos  
Suave canens strepitus anseris odit olor.  
Non taceo tamen, in solo residensq; recessu  
Hæc etiam fuerint qualiacunq; cano.  
Accipe vir prestans CAESAR quæ nuncupo vota,  
Haudquaquam immemorem meq; tui esse scias.  
Eueniant Sponsis prosperrima quæq; nec ulla  
Quem subcunt thalamum tentet amarities.  
Det DEUS, ut denis reuolutis mensibus anni  
Sis auus, et capias gaudia vera animo:  
Gaudia quæ sedent angores corde tenaces,  
Funera quos nati mæsta tulere tibi.  
Desino: Dum curis (quod magnū est) pectora languent,  
Coniugio nata dulce leuamen habes.  
Hoc tibi perpetuum sit votis omnibus opto,  
Quæ pondus certo sunt habitura suum.

M. Ioh. Albinus.

A 2

Εὐφροσύνη



Εὐφροσύνη γαμήν.

AD CLARIS. ET PRÆSTAN-  
tiss. Dn. M. Christophorum Cæ-  
sarem, Amicum vt veterem, ita  
ex animo carum.

**D**Vm sacra ritè paras cara socialia natæ,  
Docte Vir, ò anima pars preciosa meæ,  
Sollicitas nostros in vota Hymenæa labores,  
Me cupis atq; istis poscis adesse sacris.  
Scilicet hoc nostri fedus vetus illud amoris  
Poscit & in dubijs cognita sepe fides.  
Coniugis adest languor, seriesq; grauissima rerum  
Me retrahunt, varijs impediuntq; modis.  
Ergo dum nequeo tædas ornare iugales  
Implicitus curis inq; domo inq; foro,  
Alloquar hinc absens deuotâ mente Ichouam,  
Vt bene fortunet fœdera cæpta tori.  
Ac velut auspicijs cæpit felicibus ardor  
Iste, det vt posthac duret & urat amor.  
Pignora det lecti bona, vitæ dona quæta,  
Coniugibus gratum quicquid & esse potest.  
Sic sint delicia tædæ, non tædia sponsis,  
Sint liceat tædis tædia mixta pijs.  
Hæc precor ex animo: Deus annuat oro, nepotes  
Vt videas saluos saluus & ipse: Vale.

M. Ioannis Cæsaris, ampliss, Senat. inclytæ  
Reipub. Lipsiensis secundi à literis.

AD



Ad clariss. virum

Dn. M. CHRISTOPHORVM CÆ-  
SAREM; IN NVPTIIS FILIÆ,  
Virginis lectissimæ.

**E**rgò ita post lacrimas, post tot suspiria CÆSAR,  
Squalori statuit tristitiæq; modum?

Ergò animo superat iam FATĀ domestica; letas  
Fortunā, ex alia parte, ferente VICES?

Sic est: Sic PIETAS, sic FAS iubet, illaq; NATAE  
SPONSAE iam fausto sidere dicta dies.

En plausu CHARITES, Museq; Heliconide totā  
Testantur, LAETO CAESARE, letitiam.

Viue hoc, viue animo, CAESAR; Letare perennem  
Letitiam: Hoc Natæ, hoc reddito Amicitiae.

Sic TIBI sit Brumā reuolutā, sospite natā, (AVO.  
CAESARE pro demto, CRVSIO CAESAR  
M. Ioan. Friderichus Prof. Acad. Lips.

CLARISSIMO VIRO Dn. M.  
CHRISTOPHORO CAESARI Sc.

Generis amplificationem, accepto genero, gratu-  
latum venit Nouisque SPONSIS felici-  
tatem diuturnam comprecatur

O D E.

**N**Vnc est canendum, voceq; liberā  
Pulsandus æther nunc benè lugubrē  
Pullam molestam veste molli  
Tempus erit variare, CÆSAR.

A 3

Ante



Antehac nefas vel fingere gaudium  
In corde mœsto: dum truculentior  
    Vis mortis insperata Nato  
        Funera Cæsario parabat.  
Ergò necato cum grege plurium  
Hunc abstulit: nam quidlibet est potens  
    Audere, successuq; magno  
        Ebria, sed minuit dolorem.  
Seruata blandi Spes Patris vnica  
Mentemq; turbatam anxietatibus  
    Conuertit in risum solutum  
        Margaris associanda Cruso.  
Qui Cæsarem Patrem & Socerum vocet,  
Quem Cæsar & Gnatũ & Generũ velit.  
    Virtus puellæ digna Sponso,  
        Et genere est genus vtriusque.  
Fatale factum: quod rationibus  
Suasum fuisset vix melioribus.  
    Expauit hæc multos, latentes  
        Pectoris vt fatiaret ignes.  
Ausa & potentes visere supplices  
Vultu at verecundo timida & pudens  
    Tractare res conans, Amoris  
        Luxuriam vt fugeret dolosam.  
  Suasu



Suafu parentum virgo modestior,  
 Magnis maritis scilicet abnegans,  
 Cruso tamen mox est futura,  
 Non humilis mulier marito.  
 Dî vos tuentur, Dîs pietas tenax  
 Et vestra cordi est; Largaquè copia  
 Manabit inde ceu perenni  
 Fonte rigantis aquæ, bonorū.  
 Nunquã timendus vel Socer aut Socrus,  
 Nec suspicandus vel Gener aut Nurus,  
 Prolemquè reddet mox torus, quæ  
 Nomen Auoq; Patriq; ponat.

M. Conrado Bauaro.

I D E M.

**C**ÆSARE tot numero sunt qui didicere Magistro,  
 Attentas quot vix quis numerare queat:  
 Ex his, quos potuit, CÆSAR pietate beavit,  
 Contulit & morum & contulit artis opes:  
**M**ARGARIN at nemo potuit per Fata mereri,  
 Gratia tam nulli CÆSARIS aqua fuit.  
 Solus erat CRVSVS, Generi qui nomen haberet,  
 Multa tenent alij; CRVSVS at omne tenet.  
 Ergò fortuna cùm sis meliore beatus,  
 Vtere concessis & frueri vsq; bonis.

M. C. B.

A. 4

AUTO



**C**ÆSAR aue; cantabat auis Romana; sed omnes  
 Occident Musæ iam Tibi CÆSAR aue,  
**C**ÆSAR aue; Nam dulcis auum Te Nata deinceps  
 Efficiet; **S**PONSOR Nata iugata suo.  
 O bene! funerias tandem nunc exue vestes;  
 Ac humeros festâ contege veste tuos.  
**C**ÆSAR; uti sudo rursus Tibi ridet Olympo  
 Ioua iuuans; tecum Pindus ut omnis ouat.  
 Nuper enim rapuit Natum, quo charior alter  
 Non fuit Astrææ Thespiadumq; Procus:  
 Nunc verò Generum Generisq; Domusq; Columnam  
 Reddit & hunc Natæ iungit IOVÆ tuæ.  
 Hinc tibi Christophori plures nascentur; & itur  
 Christophori in laudes ac vtriusq; locum.  
 Vos ambo pietate pares, & amare parati,  
 Ambo pares annis, moribus ambo pares;  
 Viuite vos, florete, vigete, virete, valete,  
 Vester & æternum duret & vrat amor.  
 Exulet à Lecto Lucius, ductuq; Iuuentæ  
 Vestra sub incedat tecta, benigna Charis,  
 Cui comes assistat comis Venus, intret & intus  
 Absoluat partes Ilithyia suas.  
 Nec mora; Sol imo si quando vagabitur Hirco,  
 Circum vos tenero vagiet ore puer.  
 Hæc ego vota piè voueo: quis vota negarit  
 Nuptis, quæis Pater est CÆSAR itemq; Socer;  
 CÆSAR, qui nostræ fauet applauditq; Thaliæ,  
 Meq; cupit doctis annumerare viris.  
 Si me Cæsariâ lauru donabit Apollo,  
 Donabo melius, CÆSAR amice, melos.  
 Nunc gaude, nunc plaude, tuas audeq; tenaces  
 Curas nunc Cauris credere nimbiferis.

M. Ioannes Forsterus.



AD SPONSÆ PARENTEM  
Virum Clariss. Doctissimum ἄρ.

Μέλπεισαι καὶ ἐγὼ τὸ γαμήλιον ἄσμα ἔμελλον,  
σοὶ θ' ἄμα, ὦ Καῖσαρ, τοῖς τε γαμῶσι πρέπομ,  
συγγνώμῳ δ' ἔχων ἕπερ ἀχολίας, πολύφημε  
καὶ γνῆμιε ἄνερ, τῶν δ' ἄρα σέργε χέδ' ἴω.  
σέργε χέδ' ἴω, εὐχάσε' θεὸς δ' ἐνὶ φρεσὶ πωθητόμ  
σοὶ γαμβρὸν δαίη, σῆτε θυγατρὶ πόσιμ.  
Ζουγνυμῶν μὲν ὅπως μάλ' ὁμόφρονε θυμὸν δρόσους  
γῆθίσας, ἔριδ' ὅ χωρὶς, ἄτερτε κακῶν.  
τῶν δ' ἐγάμοιο ἰδύς βλάσηματα, γῆρα ὅ ἄλκας,  
σοῖτε τρόπος ἱκελομ τοῖς τε γονεῦσι γόνου.

M. Georgius Schreinerus Gr. eiusdem scholæ Hal.  
Collega designatus, Lipsiæ scripsit.

ALIVD.

CRYSIVS ut summi accepit præscripta I E H O V Æ,  
Queis, ut solus homo sit, negat esse bonum:  
Audiit, & tacitas capiens de coniugæ curas,  
Heu! thalami consors quæ mihi, dixit, erit?  
Vidit & arrisit Venus: hinc exorsa subinfert:  
Mox vitæ sociam fata benigna dabunt.  
Dixit, nec vanâ lusit spe Cypria mentem,  
Quod probat auspicijs læx hodierna bonis.  
En tibi, sæpè tuis votis Neonymphæ petita,  
Promittit thalami, bella puella, fidem.  
Hæc est, quæ fulgens inter, ceu gemma, puellas  
Ipsa Venus visa est ore, lepore Charis.

Hæc



Hæc est, quæ talem iactat, tua Sponsa, parentem  
 Laudibus extollent quem pia secla, virum,  
 Dignum laude virum, socero quo, clarus avorum  
 Et proprio, triplici nomine clarus eris.  
 O factum fatis benè: sed nunc Sponse laborem,  
 Quem benè cœpisti, perfice, poscit amor.  
 Nunc include toro sponsam, præjagio dicunt  
 Proferet hæc generi germina multa tuo.  
 Proferat, & dicant te germina, sponse, parentem;  
 Proferat, & dicant te, pie CÆSAR, avum.

M. Michaël Gerlach Halensis L. L. Imper. Stud.

ΕΠΙΚΟΣΧΕΔΙΑΣΜΑΤΙΟΝ,

Ἐὰν ὁ Θεὸς ἐθέλῃ καὶ τις ἀνδρίζηται, οἷός τε ἔσαι.  
 Ὡν παλάμησι Θεοῖο καλόφρονος ἐδλοδ' οὐράεις.  
 Πηδ' αὐτὴν νωμῶντ' ἄπ' ἕρονα κόσμον ἔγναι,  
 ΚΡΟΥΣΙΑ ΔΗΣ ὁ νέων πολύαιν' ἄωτ' Ἀλίων,  
 κ' ὁ εἰ πρὸ χόντων θεοῖδ' εἰ ξυμπαστριωτῶν,  
 παιδ' ὄθεν ὄνζνα ξέσσε θεὰ τριτωνίς Ἀθίνας,  
 ἦδ' εἰσι παντοίοις καλυνομλῆς ἀρετάων,  
 θυμὸν ἀμύμοσ' ἔνι σῆθεσφι ἀγῆνορ' ἰαυθίς,  
 χιονίω τε γαληνίω ξύμπασαν ὀπωπλῶ,  
 ΚΑΙΣΑΡΙΔΑ τριπόθητον ἔγνημε γυναῖκα σεβασλῶ,  
 Νυμφίω ἀνδρῶσ' ἔρωτα Σαληίδ' αὐ ζωπυρεσῶν,  
 πᾶσ' αὖτ' ἔρωτων καλύκτοσιν ὁμοῖον ἐρευθίσωσαν,  
 ἦδ' εἰ μετεχρηκῆσαν ἀνεγκλήτῃ διατριβῆς.  
 Δεῦτε φίλαι μαλερᾶν κιδάρῃω ἐλελίζετε Μῶσαι  
 ἰδρῆς ἀδ' ἔμλναι θεραπαινίδες Ἀπόλλωνος  
 τὸ σφίτερον φίλον ἦτορ ἔωδ' εἰρνοῖσι χαρίτω,  
 λαμπρᾶ κελνον γλυκεραῖσι γεγυθῆτω θυφροσιώμοσιν,  
 οὐδ' οὐ μὲν φορμιγγῶ ἐγέρτε νεῦρα λιγάνης.  
 Ἐμφλογί ΚΡΟΥΣΙΑΔΗΝ δ' εἰδ' ονημλῶν ἠπαρ' ἔρωτι  
 ἐκγε-



ἔκγεγάωτα πολυκλυτάτης τὸ κατ' Ἄστυ γυῖθλος,  
οἷσρ' ἐφορμηθῆς ἐπιπέφλεχεν ἔρανόπεμπη  
πῆθνον ἠπιόμηλον ὀπγέμω ἀγλαόμορφον,  
πᾶγκαλα κερῶν προφέρουσιν ἐς ἠθέ' ἀπασέων,  
αἰπερ ναετώσι Σαληίδ' ἐνδοθερ' Ἄλλης.

ΚΡΟΥΣΙΑΔΗΝ φίλον ἠπασ' ἔροιο πεφλεγμῶν οἷσρ' ἔω  
ὀπλοτόρων μάλ' ἐπικρατίως φρένας ὀτρυνέουσα,  
ἔμπνῆσθε δένος, πρᾶπίδων μλί' ἐμπούσθε,  
ἐννεσίης κατὰ τὴν φρένα καὶ κατὰ θυμὸν ὄρινε,  
πρῶτοφίλες αἰγίοχοιο Διὸς τέκ', Ἄτρυτώνη,  
νύμφῳ τρίλλισον ζυγέμωνα, ἠχι κατοικῆ  
ἀγλαοφθμότα' κοινωφελιμεργαμελητής  
μασίων δρητήρ, Βαθύδοξ' ὁ ΚΑΪΣΑΡ αἰοιδός,  
δύμνῆσι φραδίησι θεοκλώσοιο προνοίης  
σκῆπτρα φορῶν μετὰ χερσὶ περικλήεντῶ Σχολάδ,  
λῶσος ἀνὴρ ἀγαθοῖο φέρων μίμημα τοκῆ,  
Σαξονίδ' ὃ τὸ κλέ' ἐπερίπυσον ὑπὲρ χθόνα πηδ' αἰ.

ἸΗΣΟΥ νεύσου θεὸς ὃ κύνδισε μέγιστε,  
ἔντε γῆ, ἔντε πόλῳ δυνάμιν κεκτυμῆνε πᾶσιν,  
ἀνδρομέτ' βίοτοιο βοηθός, κἀγαθὲ σῶτερ,  
φαίνεται ἔδ' οὐκ ἔρ σείθερ τελέεντ' ἄπισον,  
δός χάριμ ὕλογῆς τοῖσ' εὐδοίσι γάμοισι ποθανῆς,  
δρὲ γάμοις δ' ὕμερίω, χ' ὁμόνοικαν ἄσασον.  
ὦ νᾶξ ἔρανίδ' ἠτῶν δύθειω κελεύθης,  
ἠπι' ἐμπόδισον Βυλᾶς φθονερώπιδ' Ἄτης,  
πῆματα Βυκτάων ἀνέμων ἐπίτρεψον ἀέλλαις,  
δός χάριμ ὕτεκνῆς, διαγωγῆν πᾶρχες δρῆσι,  
ἔκτε φνγῆν δ' ἄκος ἰοβόλον Σατανᾶ κενερίθ',  
μαλιχόθυμ' ἀνωδ' υἱὸν γυαρκέ' ὀπασσον,  
γῆρας ἀμώμητον νύσων ἐκτοδερ ἀπασῶν,  
καὶ βιοτῶν, μετὰ τῆνδ', ὑπὲρ αἰθέρ' αἶμ' ἔδ' αμ.

Μι. ἰωαν. ὁ Σιγλικιᾶδης ἐποίητο.

ALIVD.



A L I V D.

**C**ÆSAR vt erepti defleret funera nati,  
 Heu! quæ grandæuo gaudia, dixit, erunt?  
 Condoluit cernens infomnes IOVA dolores,  
 Et tales alto reddidit ore sonos:  
 Vivo ego IOVA potens, cœlum, mare, sidera iuro:  
 Gaudia, lux tandem, quæ reparabit, erit.  
 Dixerat: accitam Venerem mox talibus ambit:  
 Tu quacunque potes parte iuuare, iuua.  
 Hinc citò res tacitè geritur: tua pectora CRVSI,  
 Incendit flammis Cypria Diua nouis.  
 Et pariter flammis te CRVSI ardentibus ardet  
 MARGARIS, eximio CÆSARE nata viro.  
 Alternis vicibus rem firmant, ille, placebis  
 Tu mihi sola; sed hæc, sum tua tota, refert.  
 Hæc ea sunt CÆSAR, quæ dant fomenta dolori,  
 Hæc tibi sancte senex gaudia mille ferent.  
 Et mage, quando dies veniet, quâ Filia fausto  
 Sidere te prolis germine reddet auum.  
 Tu modò, tu cœpto faueas Lucina labori,  
 MARGARIS vt Sponso gemmea dona ferat.  
 Adsit IOVA DEVS voto: blæso ore salutent  
 Te Sponsâ MATLEM pignora, Spõse PATLEM.  
 Tunc mihi, viuat Auus, Mater cum Patre vigescat,  
 Et crescant lecti pignora, carmen erit.

*Tobias Rehefeldt VVeissen-*  
*felsensis.*

F I N I S.



A 2490

ULB Halle  
003 485 986

3




sb



kom











78.

